



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem**

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Seruitutibus & aqua.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96119](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96119)



Si ergo aliquis possidet vi, aut clam, vel precario, contra eum non possumus prescribere, quia nulli ius habet in re, et eius scientia non constituit me in quasi possessione, merito non prescribo. Et pro hoc si quaedam civitas detinetur ab viro tiranno, ille tirannus est in quasi possessione iurisdictionis illius civitatis, tempore tiranidis, si aliqua alia civitas occupat de territorio illius, vel iurisdictione illius, et tirannus patitur, dico quod patientia illius tiranni, qui est in possessione vi aut clam, non inducit ius prescribende illius iurisdictionis, vide casum hic. Et ideo etiam videtur quod civitates, que vsunt mero et misto imperio, vacante imperio non prescribunt iurisdictionem, nec sunt in possessione, nec fuerunt, quia possessio illius iurisdictionis non est aliud, quam patientia et scientia principis, contra quem prescribitur, sed ubi non est scientia, non videtur patientia, merito non videtur quasi possessio. Ista dico inducendo in argumen, non determinando, et ideo in possessionibus si quis memor apponere quod aduersarius sciebat et patiebat, tunc illam esse in seruitute per tantum tempus et cetera, quod perpetuo tenent.

ADDITIONES.

ALEX. De seruitute. Adde gl.in l. qui luminibus. ff. de ser. vrb. p. d. l. i. si forte, s. i. si ser. ven. et l. i. si prius. in vi. oppo. de op. no. num. quando acquiritur possessio seruitutis altius non tollitur, sic de alia tangitur, s. eo. et vide quod dixi post Bar. in l. i. si de acq. poss. per An. in cap. bone. de postula. p. l. a. et in cap. in l. i. de restitu. spo. et Bal. in l. proxi. et quod dixi post Bar. in d. l. i. de acq. iur. possessio. et plene quomodo acquiratur possessio in corporalibus per Bal. in l. proxi. et Bar. in l. licet. de acq. poss. et plene per de Ancha. in repe. ca. sine possessione. de regulis iuris in vi.

LEX

II.

1. Seruitus, que habet causam continuam, vel quasi, acquiritur longo tempore. 2. Seruitus vic. et itineris, non habet causam continuam. 3. Seruitus aqueductus, quando dicitur habere causam continuam, in seruitutibus non habentibus causam continuam, que prescripi non requiritur. 4. In prescribendis iuribus incoportalibus, requiritur scientia, et patientia aduersarii. 5. Agens negotia, potest petere quod aduersarius prohibeatur vi seruitute, et condemnatur ad interesse. 6. Prescriptio seruitutum, qualiter interruptitur, et quando litis contestatione, et quando per solam citationem.

**I**nquam. Seruitus que habet causam continuam, acquiritur longo tempore, nisi fuerit interrupta, hoc dicitur. Nota, quod aqueductus prescribitur longo tempore. Nota, quod ad hanc prescripionem, requiritur scientia aduersarii. Nota, quod talis prescriptio interruptitur. Oppo. videtur quod prescribatur tempore rerum immobilium, que res immobiles non prescribunt sine titulo, vel in l. i. de rei ven. sed seruitutes prescribunt sine titulo, vel in l. i. de rei ven. ff. si ser. ven. ergo male. Sol. Istud, quod hic dicitur, exemplo rerum immobilium, intelligitur in tempore, non in titulo. Ratio est, ut dicitur in c. possessio. de reg. iur. lib. vi. quia in prescripione istarum seruitutum, tractatur de modico preiudicio, ideo non requiritur titulus. Contra oppo. s. l. proxi. ubi debet possidere non viciose. So. Fateor, potest esse possessio non viciose absque titulo, si habeat aliquam causam credendi, sibi deberi seruitute, ut non per glo. in l. i. s. j. de rei actus p. i. Item oppo. quod requiritur manus tempus, ut l. hoc iure. s. ductus aque. ff. de aqua quor. et c. est. Diversas solutiones dantur. Tenas illam, quod illa seruitus non habet causam continuam, ideo non acquiritur longo tempore, sed in his que habent causam continuam, vel quasi, ita loquitur hic Ita non plene in l. seruitutes. ff. et in l. i. in fin. de aqua plu. arcenda. Qualiter autem cognoscas vtrum seruitutes habeant causam continuam aut no. do tibi regulam infallibilem, si quidem ad vnum seruitutis requiritur factum hominis, nunquam dicitur habere causam continuam, quoniam homo non potest operari contra ius. Si vero non requiritur factum hominis, dicitur tunc habere

4. causam continuam vel quasi, ut l. foramen. ff. de ser. vrb. p. d. Et ex hoc apparet, quod seruitutes vic. et itineris, non habent causam continuam, quia non potest homo semper ire, seruitus vero aqueductus, potest habere causam continuam, cum semper aqua fluat, vel apra sit fluere, sed si requiritur factum hominis, ut puta esset necesse, quod de quodam fonte vel fossa aqua extraheretur, et mitteretur in aliquem riuum tunc non haberet causam continuam. In his ergo, que causam continuam non habent, non currit prescriptio, nisi eius temporis, cuius initii memoria non existit, ut dicto s. ductus aque. Sed contra hoc oppo. omnis actio prescribitur xxx. vel xl. annis. sicut. et l. cum nouissimi. de prescripione xxx. annorum. Si igitur negotia tollitur xxx. annis ergo xxx. anno, queretur seruitus. In effectu glo. dat duas solutiones, ista est vera quod negotia tollitur xxx. anno, pro illa iteratione, seu ire, que fuit facta, iam sunt xxx. anni, sed pro eo quod vadis hodie, cum tibi seruitus non debeatur possumus intentare negotiaziam. Oppo. dicitur hic scientia aduersario. Contra. j. de prescrip. longi temporis. l. i. Sol. dicit gl. aliud in prescrip. proprietatis, aliud in prescrip. seruitutis. Est ratio, dicit gl. quia hic dominus, contra quem prescribitur, possidet, ibi non. Ista non est bona ratio. Tu dicas ut dixi tibi. s. l. proxi. Ratio est ista, quia ad hoc ut prescribatur seruitus, requiritur quasi possessio seruitutis, sed ista quasi possessio nihil aliud est, quam aduersarii patientia, ut l. p. ff. eo. hec autem patientia, non potest esse nisi duobus concurrentibus, quo ego vtar, et ipse sciat, merito scientia requiritur. Et ex hoc sic semper cautus in istis iuribus incoportalibus, facere articulum de scientia, et patientia eius, contra quem prescribitur. Querit gl. verum quando intentatur negotiazia, possit semel peti quod prohibeatur illi vi seruitute, et condemnatur ad interesse eius, quod factum est. glo. dicit quod vtrunq. potest peti, et bene. Quero dicitur hic in istis pro est interrupta et cetera, quero qualiter interruptitur ista prescriptio. Respondeo interruptione naturali, si visus interdicatur, ut hic dicitur. Item interruptione civili, sed hic insurgit dubium, vtrum requiratur litis contestatio: Et videtur quod sic, sicut ad interrumpendam prescripionem longi temporis, ut supra titulo, s. l. moze. Contra videtur quod sufficit sola citatio, ut l. sicut. et l. cum nouissimi. de prescripione xxx. annorum. Respondeo, si quidem inuatur prescribens ex titulo, puto quod requiratur litis contestatio, ut dicta l. moze. Si vero sine titulo, tunc per solam citationem, quia eadem est ratio que in prescripione triginta annorum, quia currit solum ex negligentia non petentis et cetera.

ADDITIONES.

ALEX. De modico preiudicio. Seruitus dicitur esse modici preiudicii, de quo plene Alex. post An. in d. l. i. s. si de op. no. num. POMA. Continuum, et vide aliquid per Felin. in c. de quarta, de prescrip. et Alex. consil. lxx. in j. dubio, volum. v. ubi in specie ponit de ductu aque, et que requirantur ad illius acquisitionem, et vide de Alex. consil. c. viij. ad fin. vol. i. et ibi dicit quod seruitus aqueductus dicitur predialis, et ideo est necesse quod dicens illam acquisiuisse, probet iuritate cui predio acquisierit, et ibi etiam ponit quantum requiritur ad talem prescripionem. ALEX. Et d. s. Potest tamen vnus allegare titulum, et fundare intentionem suam ex eo, quia presumitur ex diuturna patientia dominum, et non in l. cum de in rem verso, de vsu, ubi vide Bart. P. P. A. V. P. Semper cautus. Vide Bart. distinguente in l. i. s. hoc interdicto, de rei actus p. i. POMA. Semper cautus. Vide Panoz. consil. xvij. volum. i. et consil. xvij. vol. i. et consil. xvj. eod. vol. et Alex. consil. ad fin. vol. i. et aliquid per Felin. in ca. de quarta, in verbum iudat Abba. de prescrip. ALEX. Prescribitur hoc intelligitur verum in seruitutibus habentibus causam continuam, sicut si dicitur continuam, ut no. Bal. in d. l. i. s. j. de itinere actus p. i.

LEX

III.

**I**n provinciali. Predio tributario potest imponi seruitus, et res transit cum onere suo.

LEX

IIII.

1. Concesso aqueductu vni, potest alteri concedi, si non nocet primo.



**Quam que.** Ex fundo alieno non potest duci aqua nisi domino volente. Querit gl. hec, si dominus concessit aqueductum vni, an possit postea concedi alteri. Videtur quod non, ut l. i. concededo, cum l. sequen. ff. de aqua plu. arc. c. d. et ff. de seru. rust. p. l. quem contrarium, ff. de aqua quor. et c. l. l. uicio.

de ser. rusti. pred. l. ij. §. si aqueductus. Sol. Aut ex eo qd concedit secundo. nocet prior. et non valet concessio. vt in primis allegatio nibus. Aut prior non nocet. et valet concessio. vt in secundis allega tionibus. Et ita fuit determinata Bononie. in questione inter frat res Predicatores et Dominos. cum commune prius concessit as quam fratribus Dominibus. et postea concessit Predicatoribus. vel e contra. quod potuerit facere. ex quo aqua sufficiebat vtriq. Quer o vitrum ille. cui concessa est seruitus possit alij concedere. Dic vt in glo. et bene.

ADDITIO.

ALEX. Concedi alteri. Si concessi aqueductus vni. an possim postea concedere alteri. vide Bar. in d. l. in concedendo. et in l. quo minus. in fine v. questionis de flumine. et quod not. Barto. in l. per agrum. §. eodem.

LEX V.

Quid pars In confessoria venit. vt res in pristinum statum deducatur. et damnum resarciatur. hoc dicit.

LEX VI.

Resesprovincie Omnis charitas bene ordinata incipit a seipso. Ad hoc allegatur ista lex. et c.

LEX VII.

Manifeste In aqueductu antiqua consuetudo seruanda est. h. d. Bl. inducit istam legem in argumen. ad questionem de molen dno. de quo non tangitur nisi hic. et in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. de ededo. et l. quominus. ff. de flumi. et ibi hec omnia. et mul ras alias questiones. et quicquid potest in illa materia occurrere. intendo tractare in repetitione illius l. quo minus.

LEX VIII.

Altius Solum est liberum vsq. ad celum. nisi seruitus sit imposita. et in pariete alterius ne mo potest fenestram facere. h. d. ista lex. et c.

ADDITIONES.

POMA. Altius. solum est. Limita istam regulam nouem modis. vt per Lepo. in tracta. suo serui. predi. rustici. in titu. de solo seu area. et rrr. et quarum limitationu refert quatuor. Iam in lex hoc iure. in ver. no. ibi edificia tollere. ff. de iusti. et iur. se extendit circa lita mitationem de eo qui ob inuidiam vel odium veller edificare. et vi de istam legem aliter per Alex. consil. xv. in princip. vo. et Panoz. consil. lvi. in h. dubio. in h. vol. et vide quod scripsi post Bar. in l. que ro. ff. de ser. v. b. predi. et Alex. consil. vol. ii. et c. rrr. in eod. volumine ij. P. P. A. V. P. Solum est. Limitant hic Lynus. Ray. et Salice. nisi quis edificaret non propter se. sed ad emulationem vicini. Facit qd vult singulariter Bal. in l. j. C. qui testamen. facere pot. quicquid di cat ibi Ang. facit quod dicit Barto. in l. quominus. in prima que stio. ff. de usufruct. et quod dicit Bald. per illum rept. in l. cum alle gas. C. ne hie. vel re publici. et quod dicit Paul. reprobando Angel. ibi in l. cum co. ff. de seruit. v. b. predi. Vide Bald. in litem lapilli. ff. de rerum diuisio. Presumitur edificare propter se. non propter emulationem vicini. De quibus omnibus vide late Alexan. consil. cccv. et quod in dubio presumitur ad suam vtilitatem facere. vide de Alex. consil. cccv. et vide Lepo. in tracta. seruitutum v. b. a. capi. l. ij. de fenestra. et in c. rrr. v. de serui. ne lumi. offic. in vj. quest. vide omnino late Jasonem in lex hoc iure. ff. de iusti. et iure. circa istam regulam et predicta. Item an ad emulatione privati liceat. vide etiam Jason. in l. j. C. ne hie. vel re publici. quam legi cum ruz. bz. illius tituli. vbi etiam ponit de duobus fratribus. habentibus castrum commune. an liceat vni ad emulationem alterius vende re partem suam. Et vide late eundem in lege quo minus. de flus in mibus.

ALEX. Fenestram facere. Limitatur hic per Bald.

LEX IX.

Dicens seruitutem non deberi. habet intentionem fundatam de iure communi.

In edibus Qui edificauit contra debita seruitutes cogitur tollere. alias non potest prohiberi altius edificare. hoc dicit. Hora ex hac lege. et l. precedenti quod fundata est intentio de iure com muni eius. qui dicit seruitutem non deberi. siue sit actor. siue reus. vide aduertario incumbit onus probandi. vt in istis duabus legis

gibus. De quo in l. ficuti. §. sed si queratur si seruus vendi. et plene dicit in l. si prius. ff. de no. ope. num.

LEX X.

Tibi Quilibet in suo potest facere quod vult. nisi fa ciat contra debitam seruitutem. hoc dicit.

LEX XI.

Frugrum Non potest quis ire per agri alienum. si per viam publicam ire potest. hoc dicit. Vide glo. que facit ad questionem. Tu ab initio dixisti aquam ex flumine publico ad do mum in qua habes vnum molendinum. Et ego ex alia parte duxi ex eodem flumine aquam ad aliud molendinum. cu tanta sit aqua que sufficit vrique. tu vis me impedire dicens. quod in domo tua vis ponere plura molendina. certe non potes. Debet enim impo ri modus ab initio sumptus. quia tantum pro vno molendino duxi bas. nec debes curare quod postea debeatur augeri. et c.

ADDITIO.

ALEX. Per agrum vide ea que habentur et etiam que nec Bart. in l. j. et sine quid in publico.

LEX XII.

Sicut vsusfructus. Seruitutes perducuntur spacio longi temporis. les non videntur.

LEX XIII.

Am talis Ista est singularis lex. Seruitus. que habet vsusfructum discontinuum. perditur tempore duplicato. hoc dicit. no. lex est ad multa. Opp. ff. quemadmo. ser. amit. l. si sic. Bl. soluit tene solutionem. hoc dicit. tam. Ista lex facit ad questionem de episcopo. qui debet habere visitationem vna die cuiuslibet anni. in monasterio. vt istud ius no vrendo pereat tempore duplicato. et c.

ADDITIO.

ALEX. Tempore duplicato. Bald. et Ang. in l. cum non sumi. §. in his. de prescript. rrr. anno. tenent qd istud tempus nullo modo possit transcendere triginta annos.

Cum autem apertissimi. Et si est alibi secundum vnam lect. que dicit. Si area non potest haberi ventum. nisi ex vna parte. predio vicino ipso iure seruitus est imposita ne altius tollatur. et ventum impediatur. hoc dicit.

ADDITIO.

ALEX. Cum autem apertissimi. Vide que scripsi post Ang. in l. si prius. ff. de oper. no. n. num. et pro sing. alleg. ibi. Imol. in fra gans post Bart. in ij. opp. tertie partis. alios casus. in quibus iure ponuntur. vide in l. j. in fine. cum. sequen. de aqua plu. arcen.

De lege Aquilia. Rubr. XXXV.

LEX III.

Ex morte. Ex morte serui potest agi civiliter criminaliter. hoc dicit. Tractat hic materiam. l. j. quando ciui. actio. crimina. p. et c. et ibi etiam dicit. et dic vt ibi. et l. j. §. j. vt do. rapt.

LEX IIII.

Contra negatem. Actio legis que crescit contra negantem. hoc dicit.

ADDITIO.

ALEX. Contra negantem. Et hanc legem limita. vt singu lariter Bar. in litem. §. j. de usufructu. accres. Bal. in Lea que de co. inde. et ibi etiam dicit quod ab hac pena excusatur quis pro pter iustum errorem. et ibi etiam subdit quod si pro damno dato agitur criminaliter. non crescit per inlicitationem. et vide que dicit Barto. in l. cum qui. de iure iur. et c.

LEX V.

De pecoribus. Vide glossam. Ista glo. perat directa actio legis Aquilie oportet quod detur damnum de corpore in corpus. quia verba legis legi sunt in panno capite dicunt. Si quis hominem. quadripedem